



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Ex quibus verbis patet olim Canonicorum regulariter viuentium hoc in loco
fuisse conuentu[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

nitidioris perfectione exactâ migravit ad Christum, atque in pace sepultus multis virtutibus coruscavit.

Ex quibus verbis patet olim Canonorum regulariter viuentium hoc in loco fuisse conuentum.

DE Crispinij origine ac nomine Philippus ab Eleemosyna, Abbas cœnobij Bona Spei, * in historia vitæ S. Landelini, ista scitu in primis digna commemorat:

Landelinus comitibus Adeleno & Domitiano supra fluuium Hon veniens, illic voluit residere, vbi silua, quæ Amblifis dicta est, eidem fluuiio videtur adiacere. Quem locum ei commendabilem non fertilis camporum planities, non vinearum florida fecit pulchritudo, sed siluarum profunda opacitas, & horrore dedita solitudo.

Et infra: Verum ad vsus fratrum etsi gaudius est aquam fluuij non deesse, tamen loco illi nouit & doluit fontem viuendum non adesse: sciens quia etsi aqua fluminis necessitati succurrere non negatur, tamen

Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ, sicut ab Ethnicis prædicatur. Currens igitur ad solitum orationis præsidium, & humili fiducia præmunitus, intellecto quod à Deo esset adfectus eius deuotionis exauditus, solo ictu baculi terræ superficiem interrupit, & redignâ miraculo, viuus subito fons erupit. Cuius aquas perspicuas vir sanctus considerans ab imo abundantius edullire, crispantem superficiem vndis tremulis sca-

* Extat in
S. Crispinij, & in
nostra bibliotheca.

turire, ipsum lapsum riuuli grato susurro murmurare, tantâ sui gratia ad mirandum quoslibet inuitare, alludens speciei, quam crispam & tremulam hilaris adnotauit, ipsum in quo resederat locum, statim Crispinium nominauit.

Crispinium à fonte Crispanti aqua dictum.

De sanctis Adeleno & Domitiano, qui cum B. Landelino magistro suo Crispini quiescunt, Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij.

STABVLETVM

Vulgò Stauelo, & MALMVNDARIVM, vulgò Mamedy, in Arduenna.

An. 651.

ANno sexcentesimo quinquagesimo primo Rex Sigebertus de posteritate proli desperans, duodecim monasteria hinc inde construxit Deo. In quibus Stabulaus & Malmundarium eminebant, cooperante sibi in his Maiore domus Grimoaldo, & Traiectensium Episcopo Remaclo. Qui Remaculus non multò post pertæsus secularium tumultuum, in ipso Stabulaus monachicæ vitæ adsumsit habitum. *Ita Sigebertus monachus Gemblacensis in Chronico.*

Tom. 7.

Fuit autem Sigebertus iste Rex Gallia & Austrasia, cuius vitæ historia exstat apud Suerium.

Porrò tam Grimoaldo Maiori domus regia quem nostrates Historiographi secundum Brabantia